



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

Assumptio B. M. V. & Dognitio eiusdem. 15. Aug.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44934**

Assumptio B.M.V. & Dognitio  
eiusdem. 15. Aug.



Cultus P. M. V.

Quantum gratia in terris ædepta est  
Maria præ cæteris, tantum & in cælis  
obtinet gloriæ singularis Bern.

Famulorum tuorum quæsumus  
Dne. delictis ignosce: ut qui tibi pla-  
cere de actibus nostris non valemus  
genitricis filij tui Dni, Nri, intercessio-  
ne salvemur. per D.N.I.&c.

Ora pro Ecclesia Cathol.

Gloriosissima Assumptio B. M. V.  
cunctarum gentium encomijs & gau-  
dijs celebris, circa quartū Imp. Clau-  
dij annum contigit postquam magno  
animæ suæ solatio vidit universos fi-  
nes terræ, prædicatione verbi, quod  
gestauerat & genuerat, impletos, san-  
ctamq, sedem Apostolicam iam Ro-  
mæ fundatā à S. Petro. Vixit omnino  
63. annos, quatordecim ante Incarna-  
tionem Filij Dei cæteros cum ipso,  
& 15. post eius in cælos Ascensio-  
nem. Obdormitioni tantæ personæ  
Apostoli diuinitus ex orbe collecti  
adfuisse traduntur, ut & illud, ipsius  
corpus post aliquæ dierum requiem  
resuscitatum in cælos esse elatum. Ad  
tempus antedictum Obdormitionis  
coillimat Eusebij Chronicon Ad An.  
Christi 48. narras ita esse revelatum.